



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Analysis Methodica Ivris Pontificii**

**Venator, Daniel**

**[S.I.], 1579**

**VD16 V 541**

De Natis Ex Libero ventre. Titulus X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

816 ANALYS. IVRIS PONTIFICIJ  
esse personarum differentiam faciendam statui-  
tur: sed quia ob talem errorem nullus consensus  
contrahendi matrimonij interuenisse fauore li-  
bertatis præsumitur, c.fin.extr.eo. & per tot. 29.  
quæst. 1.

## DE NATIS EX LIBERO ventre.

### *Titulus X.*

**C**AUSA ingenuitatis est, natiuitas. Partus e-  
nim quod ad libertatem, sequitur ventrem,  
& conditionem matris. Nec hoc absq; cau-  
sa, mater enim pluribus temporibus in cosequen-  
ta libertate partui prodeesse poterit: tempore vi-  
delicet, conceptionis, gestationis & partus. Quo-  
cunq; horum temporum mater libera est, partus  
nascitur liber, instantium ut etiam spurius libera  
matre natus libertate consequatur. Quia, vrat,  
Marcianus, l. & seruorū, ff. de statu hominū, Nō  
interest iustis nuptijs conceperit, an vulgo: ma-  
tris enim calamitas non debet nocere ei, qui in  
ventre est. Quod si aliud obseruatum confuetu-  
dine sit, nulla habetur ratio vētris, sed natus ex  
libero & ancilla conditionem patris sequitur, c.  
licet, extr. de coniug. ser: Sicuti etiam quod ad ho-  
nores & dignitates patris conditio partui profi-  
cit, &c. l. liberi, ff. de senato.

## DE COGNATIONE SPIR. tuali.

### *Titulus X I.*

### *Continuatio.*

**C**Ognatio quoq; nuptijs contrahendis impē  
dimentum præstat, dirimitq; contractas.  
*Quoniam*

